26* Habitus omnes qui sunt in eadem potentia, sunt ejusdem generis; licet differant specie propter differentiam objectorum formalium, 12. q. 54. 1. ad 1.

27* Ex actibus habitus infusi non generatur alicujus habitus acquisitus; sed præexistens augetur seu confirmatur, 12. q. 51. 4. ad 3.

28 Habitus intellectuales sunt principaliter in intellectu possibili, secundario autem in

sensibus interioribus, 12. q. 50. 4. c. & q. 51. 3. c. item q. 53. 1. c. & q. 56. 5. c. item 67. 2. c.

29 Nullus habitus operativus constituitur ex multis; quia est qualitas simplex relata ad multa secundum unum, 12. q. 53. 2. ad 1. item q. 54. 4. c.

30 Habitus quilibet habens subiectum corruptibile, & causam habentem contrarium, corrumpitur per se à suo contrario, & per accidens ad corruptionem subiecti, ut habitus corporales, 12. q. 53. 1. 3. c.

31 Si loquamur de aliqua superiori natura, cujus homo potest esse particeps; sic nihil prohibet, in anima secundum suam essentiam esse alique habitum, scilicet gratiam, 12. q. 50. 1. c.

32 Habitus potest habere ordinem ad actum, idest, ad operationem, & secundum rationem habitus, & secundum rationem subiecti; sed omnis habitus qui est alicujus potentie ut subiecti, primo & principaliter ordinatur ad actum; quia natura & ratio potentie est quod sit principium sui actus; alii vero consequenter ordinantur, 12. q. 49. 3. c. item 4. c.

33 In eodem corpore sunt multi habitus, secundum diversos modos partium; quia secundum humores est sanitas, secundum partes similes est fortitudo, vel macies, secundum membra vero est pulchritudo, 12. q. 54. 1. c.

34 In membris corporis & in potentis naturalibus sicut non sunt aliqui habitus operativi, ita etiam nec in potentis sensitivis, 12. q. 50. 3. ad 3.

35 In ipsis etiam interioribus viribus anime sensitivis apprehensivis possunt poni aliqui habitus, secundum quos homo fit bene memorativus, vel cogitativus, vel imaginativus, 12. q. 50. 3. ad 3.

36 Habitus ex eadem causa augetur, ex qua generantur; quia generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ejus, 12. q. 53. 2. c.

37 Diminutio convenit habitui, non secundum se, sed secundum diversum modum participandi, ex indeterminatione potentie ipsius participantis, 12. q. 53. 2. ad 1.

38 Habitus aliquando sic ligatur, quod non potest exire in actum; sicut usus & judicium rationis per iram, & scientia per ebrietatem, 12. q. 48. 3. c. item 4. c. & q. 94. 1. ad 4.

39 Habens habitum virtutis vel vitii potest non uti eo, & exire in usum contrarium, 1. q. 62. 3. ad 2. & 12. q. 52. 3. c. item q. 63. 2. ad 2. item q. 71. 4. c. item q. 78. 2. c. ad 3. & q. 109. 8. c.

40 Habitus affectivi infusi possunt latere suos possessores; non autem cognoscitivi, 12. q. 112. 3. ad 2.

41 Habitus principiorum est naturalis; & datur in creatione quoad lumen, sed acquiritur per sensum quoad determinationem specierum, 12. q. 10. 1. c. item q. 51. 1. ad 2. item q. 62. 3. c. ad 1. item q. 63. 1. c.

42 Habitus primorum principiorum sunt nobis naturales, 12. q. 91. 2. c. ad 2. & q. 3. c. & 22. q. 5. 4. ad 3. & q. 8. 1. ad 1. & q. 47. 6. c. & q. 15. c. & q. 49. 2. ad 1. & q. 2. 9. 1. c. fin.

43 Non est alius habitus principiorum & conclusionum quæ ex eis eliciuntur; & præcipue circa singularia, 12. q. 57. 2. ad 2.

44 Habitus naturales, scilicet primorum principiorum speculativorum vel practiorum, non possunt amitti, nec corrumpi, 12. q. 53. 1. c.

45 Per discursum causati in intellectu possunt corrumpi per accidens, sc. ratione sensuum; & per se, sc. à contrario discursu, vel contraria propositione, 1. q. 89. 5. c. & 12. q. 53. 1. c.

46 Habitus diminuitur per easdem causas, per quas corrumpitur, quia diminutio est via ad corruptionem, 12. q. 53. 2. c.

47 Habitus scientiæ & virtutis diminuitur & corrumpuntur per solam cessationem actus, non quidem per se, sed per accidens, 12. q. 53. 3. c.

48 Habitus non cognoscitur, nisi per actus; & hoc dupliciter, scilicet in quantum habetur, & per essentiam, 1. q. 87. 2. c. item 12. q. 49. 2. c. item 22. q. 4. 1. c.

49 Est causa cognoscendi, quasi æquivoca, non autem quasi univoca; nec ut cognitus, sed ut quo aliquid cognoscitur; ideo non oportet quod sit notior aliis, 1. q. 87. 2. ad 3. & q. 88. 3. ad 2.

50 Habitus qui est principium operationis, est posterior potentia, sed habitus qui est dispositio ad naturam, est prior potentia, 12. q. 50. 2. ad 3.

1 Hebetudo sensus opponitur acuitati ejus, & est debilitas mentis, in consideratione spiritualium; & est peccatum, in quantum est voluntaria, 22. q. 81. 6. ad 1. & q. 15. 2. c.

2 Existens in gratia non potest pati hebetudinem sensus in his, quæ sunt de necessitate salutis, sed in aliis, 22. q. 8. 4. ad 1.

1 Hæresis non computatur inter vitia capitalia nec inter filias eorum; sed extra numerum peccatorum, & reducitur tamen ad superbiam, 22. q. 10. 1. ad 3.

2 De ratione hæresis sunt duo, scilicet electio privatæ disciplinæ, & pertinacia, 22. q. 11. 2. ad 3.

3 Hæresis principaliter est circa articulos fidei; secundario autem circa ea quæ sequuntur ex eis, 22. q. 11. 2. c.

4 Principaliter consistit in corde; secundario in ore; sicut & fides, 22. q. 11. 2. c.

5 Hæresis & secta, sunt idem; & sunt opera carnis, non ratione sui actus, vel finis proximi, sed ratione cause, sc. ratione appetitus indebiti finis, vel phantastica illusionis, 22. q. 11. 1. ad 3.

6 Nascitur ex superbia, vel ex concupiscentia commodi temporalis, 22. q. 11. 1. ad 2. & ad 3.

7 Corruptio rectæ estimationis circa fidem, vel bonos mores in universali, facit hæresim; non autem in particulari, propter passionem, 22. q. 16. 3. 4. ad 1.

8 Opinati contrarie de pertinentibus principaliter ad fidem, inducit hæresim; non autem de aliis, nisi consideretur, vel determinetur, quod pertinent ad fidem, 1. q. 3. 4. c. & 22. q. 11. 2. ad 3.

9 Exponens sacram Scripturam, in contrarium ei quod per Spiritum Sanctum est revelatum, est hæreticus, 1. q. 1. 10. c. fin. & 22. q. 11. 2. ad 2.

10 Quicumque resistit auctoritati Romanæ ecclesiæ, hæresim incurrit, 22. q. 11. 2. ad 3.

11 Ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis, secundum Hieronymum, 1. quest. 31. 2. c. & 22. quest. 11. 2. ad 2. & 3. quest. 16. 8. c.

12 Hæresis est necessaria & utilis ecclesiæ per accidens tantum, scilicet ratione probatorum; & ratione exercitii, 22. quest. 11. 3. ad 2.

13 Hæretici possunt ordinari, non autem dare executionem, 22. q. 39. 3. c. & 3. q. 64. 9. ad 2.

14 Non possunt absolvi; quia non habent jurisdictionem; nec dant gratiam, 22. q. 39. 3. c.

15 Si aliqui post abjuracionem erroris, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, seculari iudicio sunt relinquendi secundum decretalem, super eo, de hæ. in VI. 22. q. 11. 3. c. & 4. b. ad 1. item q. 31. 2. ad 3.

16 Alii autem infideles qui nunquam fidem acceperunt, conversi ad fidem nondum ostendunt aliquod signum incontinentiæ circa fidem, sicut hæretici relapsi; & ideo non est similis recipiendi ratio de utrisque, 22. q. 11. 4. ad 3.

17 Simples nescientes articulos fidei, non condemnantur pro hæreticis; sed quia pertinaciter defendunt contraria articulorum, 22. q. 2. 6. ad 2. & ad 3.

18 Hæretici non debent tolerari, nisi primo velint resipiscere, 22. q. 11. 3. c.

19 Firmi in fide possunt corpore conver-

ari cum hæreticis, ut eos convertant; non autem in divinis, 22. q. 10. 9. c. fin.

20 Hæretici possunt iuste occidi in iudicio seculari, & rebus suis privati, etiam si alios non corrumpant, magis quam rei criminæ læsæ maiestatis, vel quam eudentes falsam monetam, 22. q. 10. 8. c. & q. 11. 3. c.

21 Relapsi recipiunt semper ad penitentiam, non autem ad dignitates, 22. q. 11. 4. c.

22 Ecclesia post primam vel secundam correctionem, tradit hæreticos iudicio seculari; unde in iudicio Dei, semper recipiunt redeuntes; quia Deus scrutator est cordium, & vere redeuntes cognoscit. Sed hoc Ecclesia imitari non potest; præsumit autem eos non vere reverti, quia cum recepti fuissent, iterum sunt relapsi; & ideo eis viam salutis non denegat, sed à periculo mortis eos non tueret, 22. q. 11. 3. c. & 4. c. ad 1.

23 Hæresis per se opponitur fidei, schisma vero unitati charitatis; ideo non sunt idem, sed secundum dispositionem ad primum; & omnis hæreticus est schismaticus: non autem e converso, 22. q. 39. 1. ad 3.

24 Hæresis Sabelli, quod Deus pater est filius natus de virgine; & quod est Spiritus Sanctus, secundum quod creaturam rationalem sanctificat, reprobat, 22. q. 27. 1. c. & q. 28. 1. 3. c. & q. 31. 2. c.

25 Ecclesia contra Sabellium confitetur communicabilitatem, numerum, ordinem; consortium, & distinctionem; & negat singularitatem, unicam, confusum, & solitudinem, 1. q. 31. 2. c.

26 Hæresis Arii, quod filius Dei est minor patre secundum divinitatem, & quod est creatura, 1. q. 27. 1. c. & q. 31. 2. c. & q. 32. 1. ad 1. & q. 34. 1. ad 1. & q. 41. 2. c. & q. 42. 1. c. ad 2. & q. 63. 1. c. & q. 10. 2. ad 1. & q. 12. 2. ad 3. & q. 16. 8. 9. c. & q. 20. 1. ad 1.

27 Ecclesia contra Arium confitetur unitatem, simplicitatem, similitudinem, & æqualitatem, & negat diversitatem, differentiam, separationem, divisionem, alienitatem, discrepationem, & disparitatem, 1. q. 31. 2. c.

28 Hæresis Arii & Origenis, quod personæ divinæ differunt essentialiter, 1. q. 32. 1. ad 1. & q. 34. 1. ad 1.

29 Hæresis Origenis, quod Verbum Dei non est Deus essentialiter, sed participative, 1. q. 34. 1. ad 1.

30 Quod anima Christi cum aliis spiritualibus creaturis fuit creata ante corpora, & à verbo assumpta, & in fine unita corpori, 1. q. 90. 4. c. item q. 118. 3. c. & q. 6. 3. c.

31 Quod animæ sunt unitæ diversis corporibus propter diversa peccata, 1. q. 23. 5. c. & q. 47. 2. c. ad 3. & q. 65. 2. c. & q. 75. 1. c.

7. c. & q. 90. 4. c. & q. 118. 3. c. & 22. q. 164. 1. ad 4.

32 Quod beatitudo terminabitur, 1. q. 64. 2. c. & 12. q. 5. 4. c.

33 Quod poena demonum & aliorum damnatorum terminabitur, 1. q. 64. 2. c.

34 Hæresis Manichæi, quod principia sunt duo, unum bonorum, & spirituum tantum, scilicet Deus; alterum malorum, & corporaliū, scilicet diabolus, 1. q. 8. 3. c. & q. 65. 1. c.

35 Quod Deus est corpus, & lux infinita; & quod Christus est iste sol visibilis, 1. q. 90. 1. c.

36 Quod diabolus naturaliter est malus, 1. q. 63. 5. c. prim.

37 Quod quadam animæ sunt ex substantia Dei, 1. q. 90. 1. b. & c.

38 Quod caro hominis non est bona, nec est à Deo, sed est à diabolo, 22. q. 25. 5. c.

39 Hæresis ejus est gravior secundum genus, quam idololatria, 22. q. 10. 6. c. & q. 94. 3. ad 4.

40 Hæresis ejus, & Montani, & Priscillæ, quod promissio Spiritus Sancti non fuit completa in Apostolis, sed in eis; ideo negant actus Apostolorum, 12. q. 106. 4. ad 2.

41 Hæresis Pelagii, quod omnia precepta Dei servari possunt sine gratia, 12. q. 100. 10. ad 3. & q. 109. 4. b.

42 Quod principium bene operandi est ex nobis; sed consummatio est ex Deo, 1. q. 23. 5. c. & 22. q. 6. 1. c.

43 Quod pueri non contrahunt peccatum originale, sed baptizantur propter regnum Dei, 12. q. 81. 1. c.

44 Quod matrimonium æquatur virginitati, 22. q. 152. 4. c. & q. 186. 4. c. fin.

45 Quod Maria non est mater Dei, 3. q. 35. 4. c.

46 Hæresis Eurychetis, quod in Christo est tantum una natura composita ex natura divina & humana, 3. q. 2. 6. c. & q. 18. 1. c.

47 Quod corpora resurgentium & Christi non erunt palpabilia, sed erunt ut ventus, 3. q. 54. 3. c.

48 Hæresis Hebionis, quod Christus conceptus est ex femine viri, 3. q. 28. 1. c.

49 Hæresis Hebionis, Cherinti, Photini, & Pauli Samosatani, quod Christus non fuit ante matrem, sed purus homo meruit divinitatem, 3. q. 2. 11. c. & q. 16. 1. c. & q. 28. 1. c. & q. 34. 1. ad 1. & q. 35. 4. c. & q. 66. 9. ad 3.

50 Hæresis Juliani & Gallani, quod Corpus Christi non fuit corruptum, ideo mortuum, 3. q. 50. 5. c.

51 Hæresis Helvidii, quod mater Christi non mansit virgo post partum, 3. q. 28. 3. c. ad 1.

52 Hæresis Eunomii, quod filius Dei est omnino dissimilis patri, 1. q. 42. 1. ad 2.

Hz

53 Hæresis Nazærorum, quod fides Christi, sine operibus legis, non sufficit ad salutem, 3. q. 74. 4. c. fin.

54 Hæresis abbatis Joachim, quod essentia generat essentiam; sicut Deus generat Deum, 1. q. 39. 5. c.

55 Hæresis Simonis magi, quod gratia Spiritus Sancti est venalis; & quod mundus est factus à quadam superna virtute, non autem à Deo, 22. q. 100. 1. ad 1.

56 Sanctos non orare, nec posse nos juvare, est hæreticum, & est hæresis Vigilantii, 22. q. 83. 11. c.

57 Hæresis Montani, quod propheta non habebat lumen iudicandi, sed erant arrepticii, 22. q. 172. 3. c. ad 4.

58 Hæresis Vigilantii impugnantis voluntariam pauperatam, & quatuor modos ejus; ut scilicet de pretio possessionum venditarum omnes communiter vivant; ut de possessionibus communibus vivant; ut labore manuum vivant; ut de iis quæ ab aliis inferuntur, communiter vivant, 22. q. 186. 3. ad 6. & 4. c. fin.

59 Hæresis Novatianorum, quod peccans post baptismum non potest refugere ad gratiam per penitentiam, 22. q. 200. 2. ad 3. & q. 84. 10. c.

60 Hæresis Cataphrigarum, qui non baptizant in nomine trium personarum; sed in commemoratione mortis Christi; quem dicunt esse purum hominem, & non Deum, & Spiritum Sanctum dicunt esse Montanum, 3. q. 66. 8. c. & q. 9. ad 3.

61 Deum non esse auctorem omnium bonorum est hæreticum, 1. q. 65. 1. c.

62 In Deo esse compositionem, vel accedens, vel aliquid præter Deum esse æternum; est hæreticum, 1. q. 61. 2. c.

63 Angelos, vel aliquid aliud, præter Deum fuisse ab æterno, est hæreticum, 1. q. 61. 2. c.

64 Quod angeli creent aliquid, est hæreticum, 1. q. 90. 3. c. & 12. q. 3. 7. ad 2.

65 Opinio ponens angelos non habere cognitionem singularium, est hæretica, & contra scripturam contraria, 1. q. 57. 2. c.

66 Prima opinio Nestorii & Dioscori; quam recitat magister in tertio sententiarum, distinctione sexta, scilicet quod in Christo sunt duæ hypostases, sed duo supposita; est hæretica, 3. q. 2. 3. 6. c. & q. 4. 3. c.

67 Beatam Mariam non esse matrem Dei; est hæreticum, 3. q. 35. 4. c.

68 Hæresis negantium providentiam Dei, de his inferioribus, & aliis duæ, scilicet quod Deus non creavit ista corporalia, & quod primæ creature creaverint alias, 1. q. 8. 3. c.

69 Aliquid esse falsum in sacra scriptura; est hæreticum, 12. q. 110. 3. ad 1.

70 Non esse peccatum illud quod est con-

tra præceptum Dei, est hæreticum, 3. q. 64. 9. ad 1.

71 Fornicationem non esse peccatum, est hæreticum, 12. q. 103. 4. ad 3. fin. & 22. q. 162. 4. ad 1.

72 Episcopum non differre à sacerdote, est hæreticum, 22. q. 184. 6. ad 1.

1 Herodes peccavit, servando juramentum puillæ saltanti, 22. q. 89. 7. ad 2.

1 Herodias significat veloces pedes ad effundendum sanguinem, 12. q. 102. 6. ad 1. & c. 3.

1 Heroicum non differat à virtute communi; nisi secundum modum perfectionem, 3. q. 7. 2. ad 3.

2 Virtutes heroicæ sunt dona Spiritus Sancti, 12. q. 68. 1. ad 1. & 22. q. 159. 2. ad 1.

1 Hierarchia est divinus ordo, secundum scientiam & actionem, in assimilatione Dei, 1. q. 108. 1. c.

2 Est ordo, ideo relatio, inter diversos gradus, non autem ut dicit unum gradum, 1. q. 108. 1. ad 1.

3 In divinis personis non est hierarchia, nec principatus, nec ordo, nec actio hierarchiæ, 1. q. 108. 1. c.

4 Actio hierarchica triplex, scilicet illuminatio, purgatio & perfectio, 1. q. 108. 1. c. fin.

5 Omnes homines sunt unius hierarchiæ, quia sunt ejusdem speciei, 1. q. 108. 1. c. ad 3.

Hieronimus est licitus, si sit cum honestis verbis, & factis, & convenienti negotio, loco & tempore, ideo iuste datur eis merces, 22. q. 168. 3. ad 3.

Hoc aliquid sumitur dupliciter, scilicet pro subsistenti & pro completo. Primum repugnat accidenti; secundum vero patri, 1. q. 75. 2. ad 1.

1 Holocaustum est dare se totum Deo; ideo summe placet Deo, 22. q. 186. 3. ad 6. & 5. ad 1. & 6. c. ad 3. & 7. c. & 8. b.

1 Homicidium semper est peccatum; quia addit inordinationem actus supra occisionem hominis, 12. q. 100. 8. ad 3.

2 Tener secundum locum in penis, & inter peccata in proximum, 12. q. 100. 6. c. fin. item 22. q. 13. 3. ad 1. item q. 73. 3. c. item q. 154. 3. c.

3 Si aliquis credit se posse facere homicidium, & velit facere, & postea adimatur ei potestas, nihilominus voluntas homicidii in eo manere potest, ut velit scilicet, vel velit facere si possit, 1. q. 64. 2. ad 3. & 12. q. 20. 5. c.

1 Homo habet quod sit homo, ex parte intellectiva, 1. q. 85. 3. ad 4. & 5. 3. & 22. q. 155. 1. ad 3. & 3. q. 19. 2. c.

2 Homo interior est pars intellectiva; sed homo exterior est pars sensitiva cum corpore, 1. q. 75. 4. ad 1. & 22. q. 25. 7. c.

Homo

3 Homo fortitur speciem ex hoc, quod habet intellectum, 12. q. 31. 9. c. q. 110. 4. ad 3. q. ad 4. q. 22. q. 179. 1. ad 2.

4 A ratione homo habet quod sit homo. Et homo est quod habet rationem in natura sensitiva, 12. q. 31. 7. c. q. 110. 4. ad 3. q. ad 4. q. 22. q. 155. 1. ad 2. q. 179. 1. ad 2.

5 Aliquid convenit homini in quantum homo dupliciter. Primo quia natura hominis est causa ejus, Secundo quia est receptiva ejus, 3. q. 24. 2. ad 2.

6 Anima, caro, & os, sunt de ratione hominis; sed hæc sunt de ratione hujus hominis, 1. q. 3. 3. c. q. 29. 2. ad 3. q. 33. 2. c. q. 44. 3. ad 2. q. 75. 4. c. q. 85. 1. ad 2. q. 119. 1. c.

7 Homo significat habens humanitatem, & suppositum determinatum, in natura speciei; non autem in singularitate, 1. q. 12. 4. c. q. 3. q. 4. 3. c. q. ad 2.

8 Homo non excludit ea quæ sunt in natura hominis, sed humanitas excludit quicquid non est de essentia ejus, 12. q. 51. 1. ad 1. q. 110. 4. ad 4.

9 Homo duplex, sc. homo verus, & homo phantasticus, 3. q. 5. 2. c. q. 36. 4. ad 3. q. 40. 2. ad 3. q. 41. 3. c. q. 43. 3. c.

10 Homo est naturaliter politicus, id est socialis, 1. q. 96. 4. c. item 12. q. 14. c. q. 22. q. 109. 3. ad 1. item q. 114. 2. ad 1. item q. 129. 6. ad 1. item 3. q. 65. 1. c.

11. Habet statum rectam: quadruplici ratione, scilicet ut cognoscere possit celestias; ut inferiores vires liberius suas operationes habeant, & quia utilitas manum aliter cessaret & cibum ore caperet, 1. q. 91. 3. ad 3.

12 Abundat in calore cordis; ut sit status rectæ, 1. q. 91. 3. ad 1.

13 Unus homo numero dicitur dupliciter, scilicet unitate naturæ, & unitate personæ, 3. q. 3. c. ad 1. q. 7. ad 2.

14 Assimilatur Deo secundum triplicem similitudinem, sc. quæ fundatur super proportionem; super communem qualitatem; & super receptionem, 1. q. 3. 1. ad 2. q. 4. 3. c. q. 91. 4. ad 1. q. ad 2. q. 93. 0. q. 22. q. 64. 1. c.

15 Dicitur minor mundus, quia est compositus ex omni creatura totius mundi, 1. q. 91. 1. c. q. 96. 2. c. q. 12. q. 17. 8. ad 2.

16 Habet superius & inferius; sicut in toto mundo. Plantæ vero, in oppositum. Sed brutum medio modo, 1. q. 91. 3. ad 3.

17 Præest & dominatur naturaliter bestiis & pecoribus & univèrsæ creaturæ, quæ non est ad imaginem Dei, 1. q. 96. 3. c. q. 22. q. 64. 1. c. q. 3. q. 36. 7. ad 1.

18 Hominem lapsum oportuit reparari, & non angelum, 1. q. 64. 2. c. q. 12. q. 80. 4. ad 3. q. 3. q. 4. 1. c. ad 3. q. 86. 2. ad 2. q. 46. 1. ad 4. item q. 86. 1. c.

19 Homo debuit ultimo fieri; quia est perfectissimus omnium animalium, 1. q. 3. 1. ad 2. q. 4. 3. c. q. 91. 4. ad 1. item ad 2. item q. 93. 0.

20 Homo dicitur rationalis, quia intelligit cum discursu; angelus vero dicitur intellectus, quia sine discursu intelligit, 1. q. 58. 3. c. q. 12. q. 5. 1. ad 1.

21 Illud hominis, quo cæteris animalibus anteponitur, non est aliquid corporale, vel corporalis forma, sed est intellectus; ratio autem in homine habet locum dominantis, & non locum subiecti dominio, 1. q. 96. 1. 2. c.

22 Idem iudicium est de homine sequente operationes sensitivas, & de aliis animalibus, 12. q. 10. 3. c. q. 22. q. 64. 2. ad 3.

23 Sensus interiores magis vigent in homine; quam in cæteris animalibus, 1. q. 91. 3. ad 1.

24 Homo habet pejorem auditum, olfactum & visum, quam aliqua bruta; sed habet factum optimum, 1. q. 76. 5. c. q. 91. 3. ad 1.

25 Quilibet homo dupliciter considerari potest, sc. ut singularis persona, & ut pars vel membrum alicujus communitatis; & utroque modo convenit ei aliquis actus, scilicet primo secundum quod est quædam persona singularis; & sic ad eum pertinet ille actus quem proprio arbitrio, & per se ipsum facit. Alio modo secundum quod est pars alicujus collegiij & sic potest ad eum pertinere aliquis actus, quem nec per seipsum, nec proprio arbitrio facit; sed qui fit vel à toto collegio, vel à pluribus de collegio, vel à principe collegiij, sicut id quod princeps civitatis facit, dicitur civitas facere. Hujusmodi enim collegium reputatur quasi unus homo, ita quod diversi homines, in diversis officiis constituti, sunt quasi diversa membra unius corporis naturalis, ut Apostolus inducit de membris ecclesiæ, 12. q. 1. 8. c. q. 3. 8. ad 2. q. 39. 2. ad 2.

26 * Sicut bonum multitudinis est majus quam bonum unius hominis, qui est de multitudine: ita etiam bonum multitudinis ad quod ille unus ordinatur, est minus, quam bonum extrinsecum, ad quod multitudine ordinatur; sicut bonum ordinis exercitus est minus, quam bonum ducis, 12. q. 1. 8. c. q. 3. 8. ad 2. q. 22. q. 39. 2. ad 2.

27 Homo consideratur à Theologo, secundum animam; non autem secundum corpus, nisi respectu animæ; nec specialiter consideratur de illa, nisi de potentis apprehensivis & appetitivis, 1. q. 75. 78. 84. princ.

28 Non omnis actio hominis, dicitur humana;

na; sed tantum actio ejus voluntaria & deliberata, 1. q. 76. 1. c. q. 12. q. 10. q. 3. c. q. 7. 4. c. item q. 10. 1. c. item q. 18. 5. q. c. item q. 74. 3. ad 3. item 3. q. 19. 2. c.

29 * Ista propositio est prius vera, homo est ens; quam ista, homo est rationalis: quia omnium perfectiones pertinent ad perfectionem essendi, 1. q. 4. 2. c.

1 Honestas est radicaliter in interiori electione; sed figurative est in exteriori conversatione, 22. q. 145. 1. ad 3.

1 Honestum idem est quod spiritualis decor, & pulchritudo, 22. q. 145. 2. c. q. 4. c.

2 Idem est quod honore dignum, & est idem quod virtus, 22. q. 145. 1. c. q. 2. c. ad 3. q. 3. c.

3 Nomen honesti transferretur ad prosperitatem exteriorum divitiarum, quia secundum vulgus faciunt hominem honore dignum, 22. q. 145. 1. 2. q. ad 3. q. ad 4.

4 Omne bonum honestum ex his duobus procedit, scilicet ex rectitudine rationis, & ex rectitudine voluntatis, 12. q. 39. 2. c.

5 Regula rationis est radix boni honesti, 12. q. 39. 2. ad 1.

6 Omne honestum est utile & delectabile, & non è converso. Et omne utile est delectabile, & non è converso, 22. q. 145. 3. c.

7 Nihil repugnans honesto, est simpliciter & vere utile; sed secundum quid, 22. q. 45. 3. ad 3.

8 Honestum appetitur propter se, appetitu rationali; delectabile autem appetitur sensitivo, 22. q. 145. 3. ad 1.

1 Honor est cujuslibet virtutis præmium, 22. q. 129. 4. c. ad 1.

2 Est testimonium excellentiæ, quæ est in homine, sed maxime secundum virtutem; 12. q. 2. 2. c. item 22. q. 25. 1. ad 2. item q. 63. 3. c. item q. 103. 1. 2. c. item q. 131. 1. c. ad 2. item q. 142. 4. c. item q. 144. 3. c. ad 2. item q. 145. 1. c. ad 3. item 2. ad 2. item 3. q. 25. 1. c.

3 Non est sufficiens præmium virtutis, sed ut possibilibus homini, 12. q. 2. 2. ad 1. q. 22. q. 102. 1. ad 3. q. 103. 1. ad 2. q. 131. 1. c. ad 2.

4 Est maximum bonum, inter bona exteriora, 12. q. 2. 2. ad 1. q. 22. q. 103. 1. ad 2. q. 129. 1. c. q. 131. 1. ad 2.

5 Quoad Deum, potest esse in solo corde, sed quoad hominem est in singulis exterioribus, 22. q. 103. 1. c.

6 Laudabiliter contemnitur, nihil male agendo propter ipsum, & bene appetitur nihil male agendo contra ipsum, 22. q. 129. 1. ad 3. item q. 131. 1. c.

7 Appetere honorem est peccatum tripliciter, scilicet si sit supra suam proportionem, vel si non referatur ad Deum, vel si non ad

utilitatem, sed propter se, 22. q. 131. 1. c.

8 Omne beneficium impendium proximo pertinet ad quartum præceptum, scilicet de honore parentum, 12. q. 100. 1. 1. c. fin. q. 22. q. 32. 5. ad 4. item q. 33. 2. ad 2.

9 Quicquid pertinet ad redditionem debiti cuiuscumque, intelligitur mandari quarto præcepto, scilicet de honore parentum, 22. q. 122. 5. ad 2.

10 Longævitas vitæ promittitur honorantibus parentes; privatio autem vitæ inhonorantibus, 22. q. 32. 5. ad 4. q. 122. 5. ad 4.

11 Honor respicit proprium bonum honorati; ideo diversificatur specie secundum diversa bona singulorum, non autem amor; quia respicit bonum in communi, 22. q. 25. 1. ad 2.

12 Est propter se, & in se; sed laus ordinatur ad aliud, ideo honor est excellentior laude, 22. q. 103. 1. ad 3.

13 Honor est in omni signo exteriori, & est respectu finis; sed laus est tantum in verbis, & est respectu eorum quæ sunt ad finem, 22. q. 103. 1. ad 3.

14 Gloria non est honor, sed est effectus honoris & laudis, 22. q. 103. 1. ad 3. q. 132. 2. c. q. 4. ad 2. q. 145. 2. ad 2.

15 Reverentia non est honor, sed est motivum honorantis, & est finis honoris, in quantum scilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in reverentia habeatur ab aliis, 22. q. 103. 1. ad 1.

16 Honor vituperio, seu exprobrationi opponitur, 22. q. 142. 4. c. q. 144. 2. c. ad 2. q. 3. c.

17 Debetur alicui ratione excellentiæ, & honor diversus, secundum diversitatem excellentiæ, 22. q. 81. 4. c. item q. 94. 2. c. item 3. q. 25. 1. c.

18 Honor proprie debetur soli virtuti; excellentiæ autem bonorum exteriorum debetur secundum æstimationem vulgi, 22. q. 63. 3. c. q. 130. 2. ad 3. q. 144. 2. c. ad 2. q. 145. 1. c. ad 2. q. 186. 7. ad 4.

19 Virtus honoratur, in quantum est appetibilis propter se; sed laudatur, in quantum est appetibilis propter aliud, 22. q. 145. 1. ad 2.

20 Eorum quæ honorantur præter virtutem, aliqua sunt supra eam, scilicet Deus, & beatitudo; aliqua infra eam, in quantum adjuvant ad opera virtutum, ut nobilitas, potentia, & divitiæ, 22. q. 145. 1. ad 2.

21 Secundum veritatem, solus bonus est honorandus; bonus autem est aliquis secundum virtutem, 22. q. 145. 1. ad 2.

22 Honor debetur soli subsistenti toti, sed ratio & causa honoris potest esse aliquid ejus non subsistens, scilicet pars, vel accidens, 22. q. 103. 4. ad 3. q. 3. q. 25. 1. c. q. 2. c.

